



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Martini Lvtheri Piaae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus uestis, & in cubilibus  
uestris compungimini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus ueſtris  
cubilibus ueſtris compungimini. Scla.

Hebraus ita habet, autore Hieronymo: Iraſcimini & nolite peccare  
ni in cordibus ueſtris ſuper cubilia ueſtra, & tacete. Vbi patet pronomen  
& coniunctionem, & in noſtris ſuperfluere uerbum etiam compungimini  
coegit interpretes alium ſenſum ſequi, q̄ textus præbeat. Quare hebraeus  
mo uideamus. Propheta cum filios hominum uerſu tertio a uariatione  
dacio retraxiſſet, hoc eſt, a falſis affectibus, & corruptis opinionibus reſpon-  
poſſent obtendere, quid tum faciendum eſt: quo nitendum eſt: adeo ne  
deſerere debemus: uerſu quarto reſpondit, ut fiderent in domino, in eius  
ſericordiam niterentur. Sciētes, quoniam hæc, deo operante, nõ ad pernam  
ſed ad ſalutem (& ſi mirabiliter) proficiant, quæcunq; ab iniuriolis patitur  
Hoc uerſu, ſi rursus querulenter, & quis ſaltem poteſt non moueri & in-  
quis ſaltem non querulari & accuſare iniuriantes? Reſpondet ſuziter, la-  
mini (inquit) ſed non ita ut peccetis iraſcendo. Scio motum iræ non eſſe  
ſtra poteſtate, ſed conſentire cauete. Ita Paulus Galath. v. Spiritu ambulare,  
carnis deſyderia nõ perficietis. Et Ro. vj. Non ergo regnet peccatum in uobis  
mortali corpore ut obediatis concupiſcentijs eius. Et Ro. xij. Et carnis concu-  
ne feceritis in deſyderijs: Quæ omnia huc ſpectant, quod deſyderia mala, tan-  
libidinis q̄ iræ in nobis ſunt, ſed agendum ne regnent, hoc eſt, ne obediatis  
eis (ut Paulus dixit) Sic Ro. vij. queritur ſe facere quod non uult, & fieri  
quod uult. Et iterũ, ſe mente ſeruire legi dei, & carne legi peccati. Quare hoc  
quæ uellet malis deſyderijs carere, & non poteſt, & pura deſyderia ſolum ha-  
bere & non poteſt. Sicut & Galath. v. Spiritus concupiſcit aduerſus carnem,  
& caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Hæc enim ſibi aduerſantur ut non ca-  
quæ uultis faciat. Claret itaque uerbum iraſcimini non præceptionis aut ex-  
hortationis eſſe ad bonam iram contra peccatum, ſed permiſſionis ſeu conſeſ-  
ſionis malæ iræ contra iniuriam propter inuincibilem & inuincibilem carnis  
infirmiſſimam. Sic & beatus Auguſtinus hoc uerſu: Iraſcimini (inquit) & nolite  
te peccare, id eſt, etiam ſi ſurgat motus animi, qui iam ppter penam peccati,  
non eſt in noſtra poteſtate, ſaltem ei non conſentiat ratio & mens, quæ in uos  
regenerata eſt ſed in deum, & mente ſeruiamus legi dei, ſi adhuc carne ſerui-  
mus legi peccati. Hæc ille præclare & pulchre. Eſt ergo ſenſus planus: Iraſcimini  
ni & nolite peccare, hoc eſt, ex quo querulamini uos non poſſe non commo-  
ueri, triſtari, irarſci, tremere (hæc enim omnia hebraũ uerbum ſonant) ita iniu-  
riæ malo, age, ſcit pater ueſter cœleſtis hanc infirmiſſimam ueſtram, mouemini  
& iraſcimini, modo non eo procedatis, ut quippiam mali cogitatis, dicatis, fa-  
ciatis, permiſſitatis aduerſus animam ueſtram, & ſic in deum, uoſiſipos & proxi-  
mum peccetis. Hunc ſenſum, eo libentius amplector, q̄ ſpiritus Paulinus  
(quem ſequi cupio ſemper) Ephes. iij. eundem habet, ubi dicit: Iraſcimini &  
nolite peccare, & quod non de ira bona (quæ contra peccatum præcipitur) lo-  
quatur, indicat, quod ſequitur: Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram,  
quod de ira mala utiq; dicit. Sed & hic idem locus Pauli mihi occaſio fuit  
ius pſalmi exponendi, de iniurijs & querelis infirmorum, pia exhortatione  
cohibendis, & fiducia in deum erigenda, Ad eũdem enim ſcopum Paulus hoc  
uerſu utitur, ut ſatis cuiſlibet patet.

Auguſtini ex-  
plicatio cle-  
ans.

Hic uero

Hic uero promouet caput quæstio illa de primis (ut uocant) motibus, & Sol non occidat. ubi desinat ueniale & ubi incipiat mortale peccatum. Apostolus sane solis occasum determinat, quoniam dicit: Sol non occidat super iracundiam uestram: quod rursus in ambiguum uocat, an solem huc uisibilem, quam certa hora occidere uideamus, uel solem spirituales Christum, quem in momento occidere per mortalem consensum putat, intelligi oporteat. Ego, ubi non cogit necessitas in uentibus mysticas intelligentias in scriptura & fugio & fugiendas suadeo, quod sint mite periculosa. Solem hunc Paulinum, mihi non patior alium quam uisibilem significari, & si diuersam illam non damno sententiam. Ad hæc scio, nullam esse temeritatem periculosiorem, quam uelle discernere inter ueniale & mortale peccatum, præsertim in hora commotionis & tentationis. Illud peccatum (in quibus) quod motibus animi æstuat patrat, cum soleat uel libido, uel indignatio, aut quæuis alia passio, non una tantum, uerum multis quoque horis hominem quandoque occupare, ita ut, an consenserit nec ne, ipse incertus sit. Quin non raro, diuina dispositio, mera & inuoluntaria passio est boni & sinceri animi, adeo abscondita, ut metuatur, immo pene credatur se consensisse, quo remedio solet diuina misericordia conseruare in humilitate dilectos suos, quos insignibus donis præ cæteris ornauit, ne ipsi inflati præ cæteris superbiant & pereant. Proinde mihi Apostoli dogma tutissimum & sapientissimum est, ut saltem uesperis quisque ad se redeat, & iracundiam, si quam conceperit, dormituro iturus ponat, fratrique conciliet. Neque enim potest ullom tempus aptius huic rei definiri, quam solis occasus & finis diei, ubi & negotia omnia, & opera finiuntur, & animus iam quietior est, aptusque ad deponendam hæc & omnem malitiam, siue in eam consenserit, siue minus. Nam delicta quæ intelliguntur atque in omni opere metuendum est iudicium dei strictissimum.

Mystice intelligentie quod fugienda est quando.

Periculosum discernere ueniale a mortali.

Nota.

Sequitur: Loquimini in cordibus uestris super cubilia uestra & tacete. Satis patet idem esse super cubilia, in cubilia, in cubilibus, nam in hebræo pene sonat motum ad locum, quo tropo Christus uicitur Matt. vj. Tu cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio &c.

Cogor hic, pessimum (ut dicitur) Magistrum, hoc est, me ipsum sequi, quod hebræum hunc textum a nemine uiderim expositum, immo quantum possum, sequar spiritum. Quia mos est eorum qui patiuntur iniuriam, erumpere, clamare, & auras quæstibus implere, adeo ut Apostolus Ephe. iij. Clamorem inter affectus iræ numeret, dicens: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a uobis &c. Propheta filios hominum cohibiturus ne erumpant, sicut permisit ut iracerentur primo motu, ne tamen peccarent, ita nunc docet, ut nihil tumultuent, sed in cordibus loquantur in cubilibus, eo ipso exprimens quid faciatur ne peccent ira commoti, nempe ut loquantur apud seipsos & taceant.

Pessimus magister.

Quod non intelligo, nisi ad sensum Isaiæ propheta. xxx. In silentio & spe erit fortitudo uestra, silentium enim hic dicitur, non tantum, quod ore seruatur, sed ipsa omnia patientia & quies contraria tumultui: Quo modo psal. xxxvj. dicit: Sile domino, & ora eum. Et psal. xciiij. Tibi silet laus in Zion. Et Isaiæ. xlj. chi hodie exterritus faciunt.

silentiū obseruadū, nō tantū ore ut monachi hodie exterritus faciunt.

Taceat ad me insula & gætes mutent fortitudinem. Omnino autem, silere tropo isto scriptura significat, id quod ponere impetum, mitigare furorem, frenare animum, quod & nostra uernacula dicimus, iracundis compescendis, still still / balte. Unde & hebræis sepulchrum, ab hoc uerbo silentio uocatur, quod ibi homo desinat & totus in silentium eat. Nam & eodem loco Isaias præmiserat, dicens: Sperastis in calumniam & tumultum: iratis enim & offensis, feruet animus ad calumniam & ad tumultum, quibus præsumunt uindicare & superare, sed hunc

Silendo uincendum.

F iij refrenans,

frenans dicit: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis, quia non tumultuati  
sed silendo uinceris, tunc sequi: In silentio & spe erit fortitudo uestra, hoc  
si sileatis, quiescatis, impetum frenaritis, tumultu abstineritis, uindictam  
quaesieritis, sed meam manum expectaueritis, mihi uindictam reliqueritis, mihi  
causam tradideritis: Ecce, tum eritis fortes & uinceris, quia ego pro uobis pugnabo, uos silebitis, Sic Moses: Exo. xiiij. Dominus pugnabit pro uobis, & uinceris, sed agnoscetis, Quid est tacebitis? id est, quieti eritis, nihil ad rem facietis, sed agnoscetis  
quasi negotium nihil ad uos pertineat. Hoc tacere, est nihil aliud quam  
Tacere. patientiam habere, qui tropus frequens est in sacris literis. Vnde & ibidem  
cum huic monitioni, silentij seruandi nollent obtemperare, dicit: Et dicitis  
nequaquam, sed ad equos fugiemus & ad ueloces ascendemus. Quid enim hoc est  
nisi quod per tumultum se ipsos defendere uoluerunt, non in silentio & spe salui  
fortes fieri, ideo sequitur ibidem, ideo fugietis (fugabimini) & uelocius eritis,  
qui persequuntur uos, mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris  
quinq; fugietis, donec relinquamini, quasi malus nauis in uertice montis &  
quasi signum super collem. His uerbis clarere puto, quod sit tacere & tumultuati.  
Nempe alterum pati & quiescere, alterum moueri & mouere omnia, & turbu-  
cirur, coelum & terram miscere. Hoc tacere, hic uersus docet.

Est ergo sensus: Loquimini in cordibus uestris in cubilibus uestris & tacere,  
id est (quod dicit) p[er]late, deliberate, nolite precipites esse, nec statim p[er]feratis,  
quae ira commota suggerit: Primum cōsultate uobiscum, quia ira uiri iustitiam dei  
non operat. Et ut Gētilis quoque dixit: Ne quicquam facias aut dicas iratus, Sed &  
diuus Greg. ait: Melius est iram tacendo fugere, quam respondendo superare.  
Hunc sensum germanice solemus dicere: *Bedenck dich vnd halt im munde.*  
Nunc uideamus uerba: Primum est, loquimini in cordibus uestris, hoc est, ser-  
cum bene meditetur, nec ira obtemperet, quae praecipit, & uerbum habet  
Cor in ore, in lingua non in corde. Iuxta illud Ecclesiast. xxj. In ore fatuorum cor illorum,  
os in corde, & in corde sapientium, os illorum. Pulchra & egregia cōuersio sententiae. Hoc idem  
& hic uersus monet, ut os ad cor uertamus, non effundamus statim quicquid ten-  
tatio suggerit, hoc enim est cor in ore h[ab]ere, imprudenter loqui, quod maxime facit  
irati, os in corde habere, prudenter loqui quod faciunt quieti & mites.

Quare possumus eandem conuersionem aemulari hoc loco & dicere: Loqui  
in cordibus & cogitare in oribus (ut sic dixerim) esse contraria, illud sapientiu-  
um, hoc stultorum. Ut autem in cordibus aptius loquantur, addit, ut hoc in cu-  
bilibus suis faciant, solitudinem, scilicet quærant, turbam irratricem fugiant.  
Sedato enim corpore & externis tumultibus, animus quoque facilius sedatur,  
ut secum possit loqui & rem ponderare. Atque ut huic tentationi utilis est fuga  
& solitudo, sic alijs quibusdam tentationibus est periculosa. Hac meo sensu,  
citra cuiusque prauiudicium.

Alia exposi- Nunc qua ratione cōcinemus nostram translationem: Necessè est, ut uerbum  
tio. aliud sub intelligat, ut etiam Aug. docet, qui in hunc modum ordinat: Quae di-  
citis, in cordibus uestris, subaudi, dicite, quod Aug. alio ducit, ad non in sensum  
ita formabit, quandoquidem irati, prompti estis dicere quicquid in buccam uenerit,  
quae uultis dicere, non foris precipitate, sed in cordibus dicite, hoc est, prudenter  
dicite, quae dicere uultis. Nam & hoc tropo & Christus ad ludam dixit: Quod  
facis, fac cito, id est, quod uis facere, seu etiam propositum facere. Ita hic, quae dicitis,  
id est, quae uultis dicere in cordibus uestris dicite, quae impatientia irae, stulte  
uultis dicere, curate ut meditatione cordis prudenter dicatis.

Im quid

lam quid illud & in cubilibus uestris compungimini: quæ tacēdi & compun-  
gendi cōcordia, in meo iudicio hæc est, q̄ redeūdo ad cor, iratus compungitur  
hinc displicet q̄ cōmōtus sit, atq; ita ad silentium prædictū per compūctōnis  
uim p̄xime accedit. Itaq; dū loquitur cū corde & impatientia iræ suæ, quā si fuisset  
& seorsum positus, q̄ stulta fuerit cōmōtio & impatientia iræ suæ, quā si fuisset  
secutus, turpiter cecidisset, atq; hac sui cōpūctōne mutat<sup>o</sup> abstinere a tumultu,  
ad quē motus fuerat & iam tacet uindictæ flamma nō parum sedata. Qui me-  
hora habet, sine in uia communicet. Hoc ego potui.

In cubilibus  
cōpungimini.

Sela, in fine uersus quid significet satis diximus. Insigne enim est gratia do-  
nam, hunc posse affectum præstari ab eo, qui fuerit iniuria & tentatione ad-  
iram & impatientiam prouocatus, ut frenata lingua, seorsum se recipiat & ta-  
ceat. Nam in hunc scopum tractat hunc psalmum Paulus (ut dixi) Ephe. iij.  
ubi in fine dicit: Sed estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem,  
sicut & deus in Christo donauit uobis.

Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in domino.

Mira doctrina: Quid nam est sacrificium iusticiæ? Quis offerre deo potest iu-  
sticiam, quam potius a deo quibusq; sacrificijs impetrare oporteat? Breuiter,  
distinguit sacrificiū iusticiæ, ab oībus sacrificijs peccatorum & quarcūq; rerū.  
Q; hæc duo sacrificia maxime pugnent. Sacrificium iusticiæ facit peccatores,  
Sacrificium rerum, iustos. In hoc dare deo aliqd̄ uidemur & iusticiam operari,  
in illo nō nisi recipere uolum<sup>o</sup> a deo, & peccatum cōfiteri. Ita fit ut sacrificium  
rerum, dū iusticijs & operibus inflat, impatientes reddat iniuriæ, tanq̄ cōscios,  
sibi longe meliorum meritorum, unde & ad uindictā acius accēduntur tanq̄  
iusticiam suā turati. Est ergo sacrificium iusticiæ, deum iustificare & laudare,  
seipsum peccatorē accusare, dignumq; omnibus his, quæ patitur pronuntiare  
(cum psal. cxvij.) dicendo: Iustus es dñe, & rectum iudicium tuum. Quale pul-  
cherimo exemplo describit Dauid, iij. Omnia quæ induxisti super nos, & quæ  
cūq; fecisti nobis, in uero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimico-  
rum nostrorum iniquorum: Et infra, in anima cōtrita & spiritu humilitatis su-  
scipiamur, sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agno-  
rum pinguium, sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi,  
quoniam non est cōfusio confidentibus in te. Idem Baruch. j. docet captiuos  
in Babylone: Et dicetis, inquit, dño deo nostro iusticia, nobis autem confusio  
faciei nostræ, sicut est dies hæc. Hoc aut sacrificium fiat oportet, ex uero corde,  
ore & opere, corde peccatū ueraciter agnoscēdo, ore sine fictione confitendo,  
opere poenas peccatorē dignas uolenter ferēdo. Multi sane dicūt ore, se esse pec-  
catores, sed neq; corde, neq; opere: quod probāt, dū neq; dici ab alijs neq; habe-  
ri peccatores uolūt, neq; iniurias pati. Si peccator es, cur poenas fugis? Si non  
meritis tibi uideris, cur te peccatorem dicis? Iustorum est hæc gloria propria,  
ut sit eis honor & pax Ro. ij. Peccatoris aut ppria sunt, tribulatio & angustia.  
Igitur q̄ deo iusticiam, sibi peccatum, uero corde tribuit, hi sunt qui sacrificiāt  
duo illa sacrificia iusticiæ, in scripturis commēdata. Quorum unum potest di-  
ci matutinum, de q̄ dicit psal. xlix. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic  
iter, quo ostendam illi salutare dei: Alterum uespertinum, de q̄ psal. l. Sacrifici-  
um deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritum & humiliatum, deus nō despiciet.  
Atq; hoc forte uersus hic indicat, q̄ in hebræo plurali numero dicit: Sacrificate  
sacrificia iusticiæ, ut ambo includat sacrificia.

Sacrificium  
iusticiæ pecca-  
tores, rerū iu-  
stos facit.

Sacrificium  
iusticiæ.

Contra Phari-  
saicam confes-  
sionem.

Sacrificium  
matutinum &  
uesperinum.

F iij Ergo